



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

25. Julii. Præstat prece, vel pretio, quàm litibus obtinere, quod intendis. S.
Ignat. apud Ribad. in vita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

cenda. Hoc suos dolo cæpit, qui omnibus
omnia factus est, Apostolus.

Blanditiis ægrum delinit medicus, ut
congruam sanitati medelam admittat, quid
interest? jocò, an seriò, minis, an muneribus
in tua vota parvulum pertrahas, modò ille
discat profutura.

25. Julii.

*Præstat prece, vel pretio, quàm litibus ob-
tinere, quod intendis. S. Ignat. apud Ri-
bad. in vita.*

Lites plùs post se fastidii, quàm utilitas,
trahunt, & si quid Judicibus, &
Advocatis, non litigantibus, profunt, ob-
sunt sanè plurimùm, si animorum averfio-
nes in censum veniant. Incertus semper
litis eventus; certa sunt incommoda, com-
moda prorsus dubia, & quis tam fragili
rati se, & sua committat? Inter jurgia vi-
vere calamitas est, non vita.

Pax optima rerum, quas homini natura
dedit; hanc pro spe tenui convellere, pe-
fima est œconomia; hoc enim est plus per-
dere, quàm lucrari.

Duplex damnum nullalis effugit, lucri
cessantis unum, damni emergentis alterum
il.

illud imminutio charitatis, istud tempo-
ris, si non etiam æris jactura creat,

26. Julii.

*Mortificationi danda quidem utrique est
opera, eo tamen discrimine, ut interiori
præcipue, perpetuò, atque ab omnibus; ex-
teriori, quantum & rerum, & persona &
temporis conditio exigit. S. Ignat. apud
Bart. l. 3. f. 218.*

Affectuum impotentia omnium est
malorum, quæ hætenus orbis sensit,
fundamentum; quorum proinde, per mor-
tificationem institutio non tantum priva-
tum bonum est, sed publicum.

Unicus malè domiti cordis impetus in
quæ non mala effunditur? una cupido im-
perandi, quantis orbem bellis affecit! nec
minus in microcosmo periculum.

Qui vult pacem, legem dicat affectibus,
ultra quam progredi non sinantur. Nemo
novit, quantum afferant adjumenti, cum
in fræno sunt affectus, nisi expertus, quan-
tæ sint pestes, si effrænes maneant.

Cor nostrum aula Dei; tot facimus tera-
rum caulam, quot ineruditos sinu affectus
foyemus. Belluini sunt, & his pejores;
quia